UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Parmena diacono. Cap[itulum]. xiiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

eodem quo ⁊ diluuium factū eſt. Quod etiā diligens coputatio annoꝝ eius ſm̄ geneſim manifeſtat. Huius Mathuſalē anno etatis .xliiij. adam diem clauſit extremū: ſm̄ interp̄tes. ſm̄ hebreos aūt anno .lvi. etatis Lamech. Eo ꝙ vt dictū eſt hebrei annoꝝ .cxxx. adā genuiſſe ſeth dicunt. Interpretes ꝟo annoꝝ .ccxxx.

¶ De ſancto lamech. Cap. xij.

LAmech filiꝰ mathuſalē anno vite ipſius .clxxxvij. mūdo editꝰ eſt. decurſis ſm̄ interpretes ab obitu adā annis .clxiij. ſm̄ hebreos ꝟo etatis ade adhuc viuētis anno .cccccccclxxiiij. Cauſa diſcerptiōis ſuperius aſſignatur. In hoc aūt interpretū opinio approbabilioꝛ eſſe videt̄. Igitur lamech cū eſſet annoꝝ .clxxxij. genuit Noe. De quo ⁊ ſpū ꝓphetico vaticinatus eſt: ꝙ genus humanū cōſolari debebat ab operibus ⁊ laboꝛibus manuū ſuarū in terra cui dn̄s maledixit quaſi futurum aliquid magni noe ⁊ famoſiſſimū in orbe terrarum his verbis inſinuās. Poſt cuius obitū ſuperuixit Lamech annis .ccccxcv. Sicq; annorum .ccccccclxxvij. mortuus eſt: videlicet .vi. anno ante diluuiū. Hec ex libro geneſis .c.v. et ex chronicis hieronymi ioſephi ⁊ methodij: nec non ex hiſtoria ſcolaſtica diſperſim collecta deſcribuntur.

¶ De ſancta Emerentiana virgine et martyre Cap. xiij.

EMerētiana virgo ⁊ martyꝛ collectanea fuit beate agnetis virginis: ⁊ ipa ciuis romana. Que licet eſſet adhuc cathecumina fide tn̄ xp̄ianiſſima: ad ſepulchꝛū virginis ſtabat ⁊ gentiles de eoꝝ impietate redarguebat. Et dū cōtra furentes turbas ſtaret intrepida: lapidata eſt ab eis: oꝛāſq; iuxta ſepulchꝛū virginis emiſit ſpm̄. Quā ambroſius dicit fuiſſe in ſuo ſanguīe baptizatā. Statimq; terremotꝰ cū coꝛuſcationibꝰ ⁊ tonitruis eruperunt: adeo ꝙ pleriq; ex inſano populo perierūt. Coꝛpus aūt emerentiane iuxta coꝛpus beate agnetis ab eiꝰ parentibus ſepultū eſt .x. kalen. februarij. Pagani aūt exterriti nullū ex inde veniētiū ad memoriā virginis in aliquo ledere p̄ſumpſerunt.

¶ De ſancto Parmena diacono Cap. xiiij.

PArmenas fuit vnus de .vij. diaconibꝰ ab apoſtolis electus: vt habetur Actuum .vi. Hic traditus gratie dei a fratribus iniunctum ſibi predicatiōis officiū fideliſſime cōplens: plena fide cōſumatus martyrij gloriā adeptus eſt: qui ⁊ philippis ſepultus quieuit .x. kalen. februarij: vt dicit hieronymus in martyrologio ſuo.

¶ De ſancto Aſcla martyꝛe. Cap. xv.

AScla martyꝛ paſſus eſt apud egyptum ciuitatem antinonū tēpoꝛe Diocletiani imꝑatoꝛis ſub p̄ſide arriano: qui primo atrociſſime ſuſpendio toꝛtus: deinde lateribus flammis admotis exuſtus: ad vltimū in flumine precipitatus precioſam xp̄o animam reddidit .x. kalen. februarij. Sepultuſq; eſt in ipſa ciuitate a xp̄ianis miniſterio philemonis ⁊ apollinij diaconoꝛum.

¶ De ſanctis Seueriano ⁊ Aquila martyꝛibus. Cap. xvi

SEuerianus ⁊ aquila vxoꝛ eius in ꝓuincia mauritanie ciuitate zenoceſarea paſſi ſunt. Qui pro nominis xp̄i inuicta cōfeſſione flammis iniecti ignium cōflagratione combuſti: coronam martyrij a dn̄o perceperunt .x. kalen. februarij. vt dicit ado.

¶ De ſancto Timotheo diſcipulo. Cap. xvij.

TImotheꝰ diſcipulus beati pauli apoſtoli fuit: vt polycrates p̄ſbyter ſcribit. qui liſtris exoꝛtus lycaonie ciuitate filius mulieris vidue: vt in actibus apoſtoloꝝ habet̄ cap. xvi. ab eodem paulo in fide doctus ⁊ baptizatꝰ eidem cōperegrinus factus eſt. Cū quo deueniēs ad epheſum ciuitatē aſie metropolim: ibidem ab apoſtolo ep̄s eſt oꝛdinatus imperante nerone: vbi doctrinis ⁊ miraculis coꝛuſcauit: ⁊ glorioſi euāgeliſte iohānis auditoꝛ fuit: quo in pathmos inſula ſub domitiano relegato: locum eius tenuit. Sed dū gentiles in feſto diane ad templum eius accendetes a ſacrificijs ꝓhibere niteretur: furēte populo in eū: palis ⁊ lapidibus mactatur: ⁊ ſemiuiuus relictꝰ a xp̄ianis in monte adiacenti ciuitati reducitur: vbi ix. kalen. februarij quieuit in pace imperāte nerone. Sepultuſq; eſt in epheſo ciuitate.

¶ De ſanctis babila ep̄o et ſocijs martyꝛibus Cap. xviij.

BAbilas epiſcopus antiochenus ⁊ martyꝛ cū tribꝰ paruulis vrbano: prelidano et epollono ſub numeriano imperatoꝛe paſſus eſt. Qui dū eſſet antiochie ⁊ xp̄ianoꝝ eccl'iam ingredi vellet: babilas ingreſſum ꝓhibuit: manus pectoꝛi imperatoꝛis apponēs. Propter qđ tentus ab imperatoꝛe: ⁊ in carcere afflictus eſt impoſitis toꝛque ferreis in collo eius: ⁊ compe

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN